

habere fratrem **S**ecundo q̄ suū apostolū fecit et p̄sequens suū assessorē
in die iudicij. **T**ertio q̄ eum fecit suū secretariū. Nam eo presente se transfi-
guravit. puellam suscitavit et omnibus secretis inter fuit. **Q**uarto q̄ eum in
miraculis plurimis decoravit. **U**nde cū quidam enorme peccatum commis-
set. episcopus hominez illum cum cedula. in qua peccatum illud scriptum erat
ad sanctū **J**acobum misit. vt illud suis meritis deleter rogavit et sic super
altare posuit quā postmodū aperuit et penitus deletam inueniens. deo et
sancto iacobo gratias reddidit. **A**ntoninus quidam cum filio suo ad san-
ctū **J**acobum pergens. in via ab hospite inebriabatur et ab eo in pera sua
cyphus argenteus absconditur. **M**ane igitur exeuntes quasi latrones re-
uocavit et q̄ cyphum furati essent obiecit. qui cum diceret q̄ puniri eos fa-
ceret. si apud eos inuenire posset. vni aperta fuisset pera cyphum inueni-
runt et ad iudicium rapiuntur. **D**ata ergo sententia omnia que habebāt
hospiti dabant et vnus eoz ducit ad suspendium iudicatus. **S**ed cum pa-
ter pro filio et filius pro patre mori vellet. tandem filius suspenditur et pa-
ter ad sanctum **J**acobum progreditur. **I**gitur post triginta tres dies redi-
ens ad corpus filij. et ecce filius suspensus patrem consolari cepit dicens.
Care pater ne fleueris quia mihi nunq̄ ita bene fuit q̄ huc vsq̄ quo bea-
tus **J**acobus me sustentavit et celesti cibo me refocillavit. **E**t pater audi-
ens eucurrit. et venientes populi eum incolumem deposuerunt et hospitem
suspendeunt. **Q**uidam vero ad sanctum **J**acobum properans. cum pecu-
nia defecisset mendicare erubesceret et sub quadam arboze quiesceret som-
niabat q̄ beatus **J**acobus eum pasceret. **E**uigilans sub cineribus panem
ad caput suū inuenit de quo sedecim diebus vixit quousq̄ ad patriam re-
meauit singulis diebus de ip̄o bis comedens et sequēti die integrum in sac-
co inuenit

ad mbe

Ad Vincula petri.

Dirupisti domine vincula mea et tibi sacri-
ficabo hostiam laudis. **I**n his verbis petrus deo gratias redol-
dit q̄ eius vincula dirupit et de carcere liberauit. **S**ecundo pro-
pter hoc promittit sibi imolare hostiam laudis. **D**irupit autem xp̄us vincu-
la petri sicut legitur in actibus apostolorū. q̄ herodes postq̄ decollauit
Jacobum videns q̄ placeret iudeis cepit eum et posuit eum in carcere vt
post pascha eum occideret. **C**um autem in crastino eū producturus esset. he-
rodes ip̄a nocte dormiens inter duos milites vinctus duabus cathenis.
et angelus dñi astitit lumen refulsit in carcere percussit q̄ latē petri excitauit

eū dicens. **S**urge velociter et statim ceciderunt catene de manibus eius et sic deduxit eum. **H**oc hodie etiam solennizat ecclesia. **S**ed videamus quare hoc festū institutū sit. **P**rima causa est liberatio petri. **S**ecunda causa quia **A**lexand' papa qui sextus post beatū petrum rexit ecclesiam ppter hoc. q̄a multū populum ouertebat. **Q**uirinus tribun' hoc videns ipm in carcerauit. et cū hermes prefec' quez alexander ouertat quirino narrasset. quō filium suū suscitauit. **D**ixit alexandro quirinus. **H**abeo filiam gutturosa nomine balbina. promitto ergo me fidem recepturū si filie mee poteris impetrare sanitatem. et p̄gens filiam ad alexandzū deduxit. **T**ūc ipsa vincula osculari alexandzū cepit vt sanitatē reciperet. **T**ūc alexander. noli filia has catenas osculari. **S**ed catenas beati petri requiras quas si deuote requirēs et osculata fueris. sanitatem recipies. **I**lla autē mox vt osculata est vincula integre sanata est. **T**ūc quirinus baptisatus cum omni familia sua. precepit alexandzū de carcere extrahi. **T**ūc alexander hoc festum instituit celebrandum. et in honorem sancti petri ecclesiam fabricauit vbi vincula posuit et ad vincula nominauit. **T**ertia causa institutionis huius festi est **Q**uia rome erat quidam imperator. **O**ctavianus qui fuit fortunatissimus in bello et omnia prospere veniebant in suo regno. **H**ic cum mortuus fuit eum adorauerunt pro deo et diem in quo mortuus celebrauerunt. **T**andē multo tempore post **E**udoxia filia cuiusdam imperatoris ex voto perrexit iherusalem. vbi quidam iudeus pro magno munere obtulit ei duas cathenas quibus beatus petrus vinctus fuit. **C**um igitur romam rediisset et quare festiuarent taliter didicisset. **T**ūc voluit q̄ diuinos honores exhiberent homini damnato. cogitans q̄ eos a tali consuetudine non de facili reuocare posset. collocuta cum pelagio papa. populum blandis verbis induxerunt vt obliuioni traderetur memoria illius erroris et celebris fieret memoria sancti petri. **Q**uod cum cunctis placuisset. illam cathenam quam secum de iherusalem attulerat populo ostendit. **P**apa vero illam cathenam protulit qua sub **N**erone idem apostolus vinctus fuit. **H**oc ergo illi sociata ita miraculose vna cathena facta est ac si semper fuisset. **I**nde papa et romani statuerunt vt quod homini indiscreta religio faciebat gentili damnato. mutata in melius faceret apostolorum principi **P**etro. **I**psa igitur vincula papa in ecclesia beati **P**etri posuit et diem celebrem fore instituit. **Q**uarta causa est quia deus a vinculis **P**etrum miraculose absoluit. et eīdem potestatem ligandi in hac valle miserie et lachrymarum tribuit et

soluendi tribuit. Nos autem vinculis peccatorum tenemur ligati et absolui indigemus. Ideo ipsa solennitate que ad vincula dicitur honorem? ut sic a peccatorum vinculis nos absoluat. Quod etiam per claves istas interdum homines damnandos absoluit per in quodam miraculo. Unde legitur apud coloniam in monasterio sancti petri erat quodam monachus leuis. hic cum subitanea morte fuisset pruenus demones ipsum accusabant et peccata que commiserat contra ipsum clamabant. Unde et dicebant. Ego sum cupiditas tua quam cum frequenter contra precepta dei occupasti. Aliud autem clamabat. ego sum vana gloria qua apud homines te iactans exaltasti. tertium autem. ego sum mendacium in quo peccasti. Aliud vero clamabat. ego sum obedientia quam senioribus non exhibuisti. et sic de singulis sicut scis. Sanctus autem petrus cum erat monachus pro ipso deprecans abiit. Cui respondit dominus. nunquam legisti quod propheta dicit. Domine quies habitabit in tabernaculo tuo. quod ingredieris sine macula. quomodo ergo hic potest esse saluus cum nec sine macula sit ingressus nec iusticiam operatus est. Rogauit ergo pro eo sanctus petrus ut ad corpus rediret et ibi vitam corrigeret. Tunc statim beatus petrus clavibus quos in manu tenebat demones terruit et eos in fugam conuertit. cuius animam quidam monachus suscepit et corpori restituit qui ab eo pro mercede reductionis postulabat ut singulis diebus miserere mei deus pro eo diceret. et sepulchrum eius sepe scobis mundaret. Ipse quoque de morte rediens que sibi contigerant enarrauit. Circa secundum nota quod ipse sacrificium de ipso fecit quatuor modis. Primo peccatum suum deslendo amare. Secundo amorem dei ardentem recolendo. nam refert clemens quicumque ihesu frater dabatur semper flebat. Tertio flagella et carceres sustinuit. Quarto se ipsum in mortem offerendo. Flebat autem pro peccato sciens quod peccatum multa mala facit. Primo quod homini multum nocet quod priuat eum de regno celorum. Secundo quod deo multum displicet. hoc patet in illis quos propter peccata punit. sicut illos in diluuium et sodomitas. et eiecit adam de paradiso et angelum de celo. Item de diabolo multum placet. et hoc patet in hoc quod homines tam multipliciter temptat ut eos ad peccatum protrahat.

De sancto laurentio

Robasti domine cor meum et visitasti etc. Ista verba potuit dicere beatus laurentius. In quibus tria ponit. Primo agit gratias deo quod ipsum in hac vita probauit. sic faciunt discipuli et pueri regracientur parentibus suis et quandoque osculantur virgas cum quibus percussi sunt. Simile fecit hodie beatus laurentius. Secundo de suo sanctitate. et hoc ibi. et non est inuenta in me iniquitas. id est peccatum. Tertio pro his duobus dicit se visitatum a domino ibi. visitastis.